

Q. D. B. V.
DISPUTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM,
Utrum
IN ALIENATIONE
BONORUM PUPILLI VEL
MINORIS NECESSARIA SIT
SUBHASTATIO?

Rectore Magnificentissimo,
Serenissimo Principe ac Domino,

DN. FRIDERICO AUGUSTO,

Principe Regio et Electoratus Saxonici Herede,

&c. &c. &c.

In Illustri Academia Vitembergensi,

Ex Decreto et Autoritate

Magnifici JCTorum Ordinis,

PRAESIDE

DN. GODOFREDO SVEVO,

J.U.D. Pand. Prof. Publ. Curiae Provincial. Scabini-
natus, nec non Juridicae Facultatis Assessore,

PRO LICENTIA,

Summos in utroque Jure honores impetrandi,

IN AUDITORIO MAJORI,

placido eruditorum examini sistet,

Ad d. 4. Decembr. Anno 1704.

Horis ante et post meridiem convinetis,

JO. GEORGII BOERNER, Dresd.

VITEMBERGAE, Typis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.

2



DISPUTATIONIS JURIDICAE LIBERI

HENRICI

Per illustri atq; Excellentissimo Domino
DOMINO

OTTONI HENRICO,

Libero Baroni a FRIESEN,

Dynastae Roetavii, Jeshvizii, et Rubenae,
Potentissimi Poloniarum Regis ac Ele-
ctoris Saxoniae

Sanctiori Consiliario et Cancellario,

Domino suo gratusissimo,


Disputationem hancce Juridicam Inauguralem,

offert

cliens obsequientissimus

AUTOR.

ALTEMANNUS LIBRI CHARTARUM SCHOLASTICARUM VENETIENSIS



I. N. F.

Utrum in alienatione rerum
pupilli & minoris necessaria sit
subasta?

Praefatio ad Lectorem.

§. I.



Um multae adhuc ma-
teriae sint & reperiantur in-
vasto Juris nostri campo, quae
si penitus inspiciantur, aliqua
adhuc eaque majori dilucida-
tione opus habere videantur:

Sic praesens quoque thema, de quo DEO coad-
jutore Disputationem hanc inaugurem con-
scribere ausus sum, inter eas referendum esse,
nullus plane dubito. Non solum enim hujus ma-

A 2

teriae

teriae magna est utilitas, sed & freqvens usus.
Hinc Zasius etiam semper dicere fuit solitus: Au-
reis scribi literis, & in publico affigi debere,
qvicqvam de re pupillari scriptum extet.
Jam vero nihil magis optarem, qvam me ex asse
satisfacere huic posse materiae: Ast cum optimē
mihi nota sit foecunda admodum virium mea-
rum sterilitas, curtaqe eruditionis meae suppelle-
x, istud unicum a Te, Lector benevole, mihi
efflagito, accipias haec aeqvo animo, veniamqe
des labori huic. Hinc si Tibi qvaedam praeter
intentionem forsitan omissa, aut minus accurate,
& justo ordine posita, occurrent, tenuitati auto-
ris ignosce, omniaqe bene interpretare. Jam
divinum Numen supplex veneror, velit conatibus
meis benedicere, finemqve eorum largiri felicis-
simum.

-cm onibusentis. §. 2.

Anteqvam vero ad uberiorem materiae hujus
meditationem progrediār, pauca ad faciliorem in-
tellectum erunt praemittenda. Cuique vero sa-
tis notum erit, qvam infirmum adeo sit consili-
um pupillorum & aetate minorum, qvam multis
illud captionibus & aliorum insidiis sit expositum.
Mulci proinde reperiuntur, qui in bona eorum,
ac si sua essent, faciunt impetum, nihil non ad-
invenientes, & callide cogitantes, qvo ejusmodi res
faciant

faciant proprias. *Nov. 27. pr.* His igitur rationib[us] moti non solum veteres Romanorum Imperatores & Legislatores, sed & recentiores Imperii nostri Principes, varia excogitarunt remedia, varias prodidere leges, qvibus hominum malitiam compescerent, & indemnitat[i] pupillorum melius consulerent. Evolvi hanc in rem poterit d. *Nov. 72. pr. & Ord. Imp. Pol. de Ao. 1548. 1577. Tit. von Pupillen und Minderjäbri- gen.* Hinc tot saluberrimae editae ac promulgatae Juris Constitutiones, tot responsa lata, qvae defensionem minorum concernunt. Inter haec ipsa vero, meâ quidem sententiâ, non ultimo loco erit potienda praesens materia, cum haec ipsa limites, certumq[ue] modum praescribit tutorum & curatorum potestati, qvem in omnibus stricte observare debent, si de rebus eorum qvicquam alienare volunt,

§. 3.

Jam vero nostrum minime erit propositum, omnia, qvae ad hanc materiam pertinent, adducere, cum nimis longum foret, ea omnia hic enumerare, & haud dubie justum ordinem excederent, sed, ut instituti nostri ratio requirit, illud saltem in hac materia inqvirendum nobis erit: Utrum nempe in alienatione rerum pupilli vel minoris necessaria sit subhastatio, val-

daeq; alienationis necessarium sit requisitum, adeo ut sine hac nec illa subsistere queat, quemadmodum quidam Dd, a nobis mox allegandi, statuant. Ne tamen omnia sicco pede praeterea sumus, antequam eo perveniamus, & ea, quae materiae huic inserviunt, paucis attingemus.

§. 4.

Verbo alienationis nihil aliud hic intelligimus, quam actum, quo dominium quod minorum est vel pupillorum, per rerum traditionem in alium transfertur, sive fiat per venditionem, sive donationem, sive permutationem, vide Mag. D. Bergerum, praceptorum meum in iure multo fidelissimum & accuratisimum in Resolut. suis Lauterbach. Tit. de Rebus eorum, qui sub tut. p. m. 584. qui prolixe ibidem species huc pertinentes enarrat. Quid verbo pupillorum & minorum intelligatur, cuique, qui saltem principia Juris edocitus est, notum erit, cum per illum personam impuberem, quae neque in patria neque Dominica est potestate intelligamus & vel infra infantiam est, i. e. infra aetatis annum septimum l. 14. de Spons. vel infantia major, i. e. praedictum annum excesit. Per minores vero eos, qui J. Civili nonnullum 25. aetatis annum, J. aetatem Sax. XXI. compleverunt, v. l. 30. C. de Epis-

scop.

ideo
mo-
sta-
rea-
ma-

ligi-
ino-
hem
em-
vide
in-
in-
m,
pecies
rum
prin-
r il-
atria
vel
epi-
rae-
eos,
au-
Epi-
cop.

scop. aud. *Vultejus in Iprud. Rom. L. I. c. 4. n.*
14. seqq. Sub rebus, quae alienari possunt, non
solum comprehenduntur, res corporales, sed et-
iam incorporeos, sive mobiles illae sint, sive
immobiles, quae solo moveri nequeunt, quales
sunt res soli, *i. e. ff. de Condict. tritic.* vel solo
cohaerentes. Subhaastatio, denique denotat ven-
ditionem rite atque solenniter factam, qua res
quaedam ultimo plus licitanti sive offerenti ad-
dicuntur. *Carpz. in Proc. Tit. XXV. Ant. Mat-*
thaeus de Auct. L. I. C. 2. n. 2 seqq. ubi va-
rias ejusdem definitiones recenset, hinc ejusdem
divisiones, ut adducamus, plane foret frustra-
neum.

§. 5.

Ne vero ille, qui rem aliquam a pupillo et
minore, aut ejus tutori ac curatore emit, suae emi-
tionis incertus esse debeat, ut haec ipsa subsistat,
certi termini ipsi sunt praescripti, qui si ab ipso
probe fuerint observati, firma ac valida erit ejus-
modi emitio. Horum vero requisitorum ma-
gnus a Dd & Juris interpretibus assertur, nu-
merus. Sunt enim, qui octo desiderant, inter-
quos est *Rofredus in Tr. de Libello p. 7. in rubr.*
de Scto. Clement. n. 1. cum seqq. Novem re-
censet *Matth. de Afflictis in Constat. Sicilae de*
Restit. Min. n. 24. & Decis. 29. Decem desiderat

Jac.

Jac. Phil. Porta Conf. 19. n. 80. L. I. Duodecim
reqviri censuit Aritius in §. nunc admonendi
n. 4. Inst. Just. Quibus alienari licet, vel non.
Et longum foret, omnes hac de re enumerate.
Doctorum opinones, qvapropter si qvis easdem
evolvere velit, adeat Oct. Simoncellam de De-
cret. L. I. Tit. I. n. 16. ubi integrum eorum cata-
logum inveniet.

§. 6.

Sed si omnia haec reqvista, & magnum eo-
rum numerum penitus inspiciamus, omnia, qva-
tenus huc spectant, ad tria referri poterunt capita
qvorum primum est. Justa eaqe necessaria a-
lienationis causa: l. 6. & 12. C. de Praed. Min. ibi
causis apud acta probatis, qvae venditionis neces-
sitatem inferunt, qvalis si deficiat, nec Praetor
harum rerum alienationem permettere poterit,
& si permiserit, nulla erit venditio, nullumqve
decretum, quo spectat l. 2. d. l. l. 5. §. 14. ff. de
Rebus, eorum qui sub tut. v. Carpz. P. II. c. II.
Def. 28. ubi in fine tale responsum affert, & V.
Resp. 72. n. 2. Qvalis vero sit justa & necessaria
causa, de ea judex cognoscere debet, & inter-
hanc refertur aes alienum l. 5. §. 14. ibi: Si urgeat
aes alienum, c. l. 9. it. l. ult. C. d. l. l. 47. pr. ff. de
Min. pactum deinde de retrovendendo l. 3. §. 2. 3.
de Rebus eorum & c. v. Job. a Sande, de Prohib.

rerum

im.
endi
on.
are.
dem
De.
ata.

co-
qua-
pita
a a-
. ibi
ces-
tor
rit,
que
de
c. n.
G V.
aria
ter
geat
de
2.3.
obib.
erum

rerum alienat. P. I. C. n. 59. Item Zoesius in comment. ad ff. de Rebus eorum, qui sub tut. n. 2. ibi: aut ita poscente usurarum ratione. Colleg. Jur. Argen. ad d. tit. th. 15. Ad Oct. Simon cella c. l. n. 17. seqq. Hinc causa non sufficit utilis, & si ejusdem utilitas sit praeminentissima l. 5. §. 14. l. pen. pr. d. tit. vid. Dn. Bergerus in Resolut. suis c. l. p. m. 578. Ubi ex Hubero varia praejudicia affert, in curiis Frisorum ita fuisse pronuntiatum.

§. 7.

Alterum requisitum est causae cognitio l. 5. §. 9. & 11. ff. de Rebus eorum, l. 12. ibi causa cognita, l. fin. ibi, probatis examinatisqve causis, ut patet facta rerum fide, firma venditio perseveret. C. de Praed. Min. l. 22. ibi per inquisitionem Judicis C. de Administrat. tut. & curat. Job. a Sando c. l. n. 65. Ord. Imp. Polit. de Anno 1577. Tit. von Pupillen und Minderjährigem XXXII. §. lt. daß Er, verb. Noch dieselben ohne Vorwissen, Erkännijß und Decret der Obrigkeit. Qvamobrem non sufficit saltem causam adesse, sed necesse est, eam etiam a Magistratu justam ac sufficientem cognitam fuisse Carpz. V. Resp. 72. n. 3. Hoc enim generale est, ubi cunqve magistratus requiritur autoritas, vel judicis decretum, ibi causae cognitio praecedere debet. l. 9. §. 1. ff. de Off. Pro-

B

conf.

conf. l. 10. §. 12. de in Jus voc. hinc si absqve
causae cognitione decretum sit interpositum, est
nullum *Carpz. II. n. 25.* Sedulus proinde *Judex*
esse debet, & exqvirat, annon aliunde minor pe-
cuniam habere possit, uti docet *l.s. §. 9. ff. de*
Rebus eorum, deinde perpendat, qvae utilia ipsi
sunt, & qvae parum utilia, & ab his incipiat, sem-
per mobiles res, & qvae non servari possunt, an-
tequam ad immobilia perveniat, distrahere cu-
ret. *vid. Job. a Sande l. c. n. 65. Richter P. I.*
Dec. 13. n. 11. Carpz. P. I. Const. II. Def. 28. n. 13.

§. 8.

Tertium deniqve reqvisitum est decretum ju-
dicis, quo ille permittit, ut res distrahantur. *l. 6.*
ibi: decretum solenniter interponat, *l. 12. leg. fin.*
& tot. Tit. C. de Praed. Min, & *ff. de rebus eo-*
rum qvi sub tut. l. curat. l. 22. ibi: interpositio-
nem decreti ut fraudi locus non sit *C. de Admi-*
nistr. tut. Ord. Imp. Polit. de Anno 1577. Tit. von Pu-
pillen &c. XXXII. §. Item das Er, Carpz. V. Resp. 68.
n. 18. & 72. n. 4. ubi docet, hoc ipsum decretum
semper debere praecedere, cuius sententiae etiam
adhaeret *Job. a Sande de Prohibit. rerum alienat.*
c. l. n. 68. Qyamvis vero negandum minime
sit, naturam hujus decreti esse, ut praecedat con-
tractum, non tamen repugnat ei, ut ex causa eum
etiam

etiam sequatur, l. 2. hic, ubi talis contractus intelligitur, qui in eventum confirmationis initus est, cuiusvis demum a tempore confirmationis emergit. Hinc etiam missio Carpz. V. Resp. 68. n. 18. Brunnemanno in l. 10. hic adhaeremus, qui negat contractum talem impugnari posse, quod post contractum perfectum sit imperatum, et eundem contractum eo modo esse nullum ut tam per legitimam rati habitionem pupilli, aut confirmationem superioris confirmari possit, cui assentit Berlich. P. 1. Dec. 149. Schilterus Exc. 37. th. 211. Dn. Bergerus, c.l. p. 578. Imo sunt, qui plane liberum faciunt, an praecedat decretum, an vero subsequatur, vide Gloss. in l. 1. §. Decretum C. de Tut. & curat. illustr. pers. Oct. Simoncellam. c.l. in Praefat. n. 31. Job. a Sande c.l. n. 68. Hoc ipsum vero decretum tutores & curatores praecise observare tenentur, adeo, ut si non fecerint, quod a judice ipsis decretum, plane nihil egisse videantur. l. 7. §. 3. ff. de Rebus eorum. Quae requisita etiam semper conjunctim adesse debent, & uno eorum deficiente alienatio ipso jure est nulla l. 2. C. eod. l. 3. §. 13. ff. de Suspect. tut. & curat.

§. 9.

Expositis igitur hisce requisitis jam ad substationem erit deveniendum, quam, ut jam supra

B 2

commo-

commonuimus, multi Juris interpret̄es atq̄e
Dd. quartum hujus alienationis faciunt reqvisi-
tum. adeo ut hujus omissione vitiet contractum, &
si nullitas itaque evitari debeat, necessario requiri
debeat. l. 7. §. 8. ff. de Min. l. 1. §. 3. de tut. & rat.
distrah. l. 3. C. si aduersus fiscum. vid. Paris. Conf. 69.
n. 15. Vol. I. inquiens venditio rerum pupillarium.
fieri non potest sine subhastatione, & si fiat, ipso
jure est nulla, Rolandus in Tr. de Proc. Execut.
§. 6. c. 15. n. 2. Job. Ant. Magnilius de Subhast. Q.
XXVII. n. 1. seqq. Lud. Postbius, Inspect. III. n. 1. seqq.
Card. Fr. Mantica de Tacit. & ambig. convent. L. 10.
Tit. 6. n. 31. Fab. de Monte de Emt. & Vend. qv. 5.
in rubr. Cravetta Conf. 336. n. 9. Hotomannus Conf.
24. Cujacius in comment. ad Tit. C. de Administr.
Tut. Afflictis Dec. 249. n. 2. v. Oct̄ov. Menochius
de Arbitr. quaeft. L. II. cent. 2. c. 171. n. 27. Virinius
Dec. 426. n. 8. in fin. L. III. Decius Conf. 403. n. 7.
Paris. conf. 68. col. 3. n. 18. & conf. 96. col. 2. l. 1.
quos secutus est Rolandus conf. XXXIII. n. 13. L. 1.
Carpz. V. Respons. 72. & II. Dec. 195. Job. Philippi
de Subhast. c. 2. comm. 2. n. 1. seqq. Ant. Matth. de
Auct. L. I. c. 3. n. 3. seqq. Sandius de Prohib. rer.
alienat. P. I. c. 1. §. 5. n. 72. Fr. Salgado in Labyr.
Cred. P. III. c. 4. n. 1. seqq. & Nicolai in Processu P.
III. c. IX. n. 5. seqq. Ad. Oct̄. Simoncella cit. l. n. 16.
ubi plures adhuc sententiae huic adducti inveniri
pote-

poterunt. Hinc concludunt, res pupillorum
semper ex auctione emi debere, easque licitatio-
ni esse subjiciendas, imo plane non tolerandas
esse privatas venditiones, ne sic tutoribus & cura-
toribus eos circumveniendi occasio suppedite-
tur, cum satis superque jam notum sit, pleros-
que non bona fide versari. *ls. §.ii. ff. de Rebus*
corum.

§. 10.

Jam ut ordine procedamus, primo rationes
corundem, quibus suam adstruere sententiam co-
natur, enumerabimus, deinde, quid ad has pro-
ferri queat, subiectemus. Primo inquunt af-
firmantis sententiae asseclae: Cum acqum sit
in omnibus rebus verum ac justum rei pretium
servari, hinc maximopere necessarium esse, & in
venditione vel alienatione rerum pupilli & mi-
norum tale pretium inveniri. Hinc cum judex
illud facere debeat atque exequi, quod utile est
pupillo, & rem subhasta vendi maxime illi expedi-
at, sic eam ob causam necessariam esse subla-
stationem. *Matth. de Afflictis Dec. 393. n. 9. & Dec.*
294. n. 2. Roland. a Valle cons. 33. n. 14. & Matth.
in Decis. Neapolit. qv. 249. Nullum vero certius
reperiri posse, quam commissa auctione, in qua-

optime illud explorari possit. Communiter vero
hoc verum rei alicujus pretium esse statunc,
qvanti communiter res ea valeat, & qvod ex-
traneus qvivis sit licitatus. *Carpz. V. Resp* 72. n. 9.
Hinc ergo auctione omessa, ad verum rei pretium
perveniri non posse. *Carpz. eod. Matth. Colerus*
de Process. Execut. P. II. c. 9. n. 108. *Saly cetus*
ad L. 3. c. de Execut. rei judic. n. 2. vers. *Qvae-*
ro primo. Ant. Matthaeus, c. l. Job. Philippo
de Subhaft. c. 2. comm. 2. n. 26. 27. Ad. Oct. Simon-
cella c. l. n. 66. Qvam ob causam etiam, si post-
ea appareat, minorem laesum esse, & aliis veniat,
qui plus offerat, statim in integrum eum resti-
tuendum *l. 7. §. 8. de Minor.* Praeterea cum
venditio haec nunquam fiat sine decreto praeto-
ris, in illo vero praescriptio ac praeonis vox
semper sit necessaria, ex seipso clarum & in hac
venditione eandem maximopere esse necessariam
Pinellus ad l. 7. c. de Resenid. vend. P. II. c. 2. n 25,
Qyotescunqve enim in alienatione cujusdam rei
decreatum sive autoritas judicis reqviritur necessa-
rio, toties ea res non nisi auctione publica est di-
strahenda. *Albericus in l. 1. §. Etsi sine ff. de Min.*
Xvarez in Thesauro recept. sent. v. Decretum Sal-
gado in Labyr. cred. P. III. c. 14. n. 1. 2. sqq. Posthius
Insp. III n. 2. Hinc omnia ea ad hastam esse venden-
da, qvae sine decreto alienari vel locari non pos-
sunt

ero
ne,
ex-
n. 9.
um
erus
etus
ae-
lippi
on-
ost-
niat,
esti-
cum
eto-
vox
hac
iam
n 25,
n rei
essa-
t di-
Min.
Sal-
hius
den-
pos-
sunt

sunt, Matth. c. l. Bertich. Dec. 126. n. 4. in fin. Glu-
hanus, de Dat. in Solut. c. 2. n. 76. Posthius c. l. Ant.
Matthaeus, c. l. Dn. Bergerus, c. l. 579. Hinc et-
iam datio in solutum a minore facta de rebus im-
mobilibus pro pecunia & judicis decreto est nul-
la Lud. Morot, Cons. 58. n. 100, in fin. lib. 3. Po-
sthius c. l.

§. II.

Inquunt porro, reperiri in jure, auctionalia
instrumenta semper inventariis comparari, idem-
que, quod illa praestare: l. 1. §. 3. ff de tut. & rat.
disfr. Virius c. supra l. Qvam ob causam etiam
sicut nulla administratio sine inventario, ita nec
venditio citra auctionem esse possit Ant. Mat-
thaeus, & Dn. Bergerus, c. l. Qvorsum etiam
communiter afferunt leges illis suffragantes, e qui-
bus prima est. l. 7. §. 8. ff. de Minoribus ibi: Si
res ejus venierit, & existat, qvi plus liceatur & ibi:
ut rursum admittatur licitatio, it. nemo acce-
dat ad emitionem rerum pupillarium. Altera est
l. fin. c. si adv. fisc. ubi expressis verbis dicitur
venditionem rerum minorum revocari, non ser-
vata hastarum solennitate. vid. Job Brunnenman.
ad b. l. ult. & Job. Perez in Comment. ad Cod. ib.
Hujus vero legis hanc forsitan dant rationem:
Cum non aliter venditio rerum minorum vel pu-
pillorum fieri possit, nisi praecesserit inquisitio
judicis,

judicis, hinc judex optime indagare possit, qvid expedit pupillo, vel ei non expedit, cum alio modo, justum atque certum rei pretium tam certo & accurate scire non possit, nisi rem sub hasta vendendam permittat, ubi postmodum pateat, quid percipi queat. *Philippi c.l.*

§. 12.

Tertio notum esse subhastationem necessario reqviri in rebus feudalibus, it. in alienatione bonorum ecclesiasticorum, cum a fisco ad minorrem & contra ob eandem favoris rationem fieri possit argumentatio *Peregrinus de J. Fisci L. VI. c. 2. n. 7.* Qvae ratio etiam obtinet in alienatione bonorum ecclesiasticorum, qvia ecclesiam & minores semper sibi invicem aequiparari notum sit *Everhardus in Loc. Top. a Min. ad fisc. n. 2. Et in Loc. a Pupillo ad eccles. Et in Loc. a Min. ad Eccles. per tot. Philippi c.l. Carpzovius denique l. c. n. 12. urget*, qvod vel hanc ob causam subhastatio omitti non possit, qvia causa, cur distrahi eadem debeant, plerumque sit aes alienum *l. 12 pr. C. de Praed.*

§. 13.

Et haec fere momenta erunt, qvibus dissidentes suam firmare sententiam audent, qvam a
pud

vid
mo-
erto
ista.
eat,

sario
bo-
ino-
fieri
. VI.
tione
mi-
m sit
Loc.
per
ur-
o o-
dem
r. C.

slen-
m a-
pu

pud Frisios, Batavos, Salios in Praxi observari testatur *Ant. Matthaeus c. l. n. 4.* & *Philippi c. l. n. 36.* praejudicium qvoddam afferit, qvod nempe Scabini Lipienses ita pronunciarint. Jam qvomodo his satisfacere, & nostram potius corroborare sententiam possimus, videbimus.

§. 14.

Ad primam igitur rationem qvod attinet, ubi nempe disqviritur, non alia ratione justum rei premium inveniri posse, quam commissa auctione & toties proscriptionem & vocem praeconis esse necessariam, qvoties decreto praetoris res vendatur, haec erunt respondenda: Juris Conditores, qui alias, cum de venditione & alienatione rerum pupillarum vel minorum agerent, adeo solertes fuerunt, ut etiam minutias qvasque tam accurate & diligenter observarent & attingerent, nunquam subhastationem silentio praeterisse, si ea adeo foret necessaria. Jam qvisque evolat omnia eorum responsa atque leges, utrum in eis inveniet, subhastationem tanquam necessarium, requisitum produci. Quam sententiam etiam defendit *Gwil. de Cunis in l.* & *si sine §. quaeſitum ff. de Min.* afferens, non reperi jure cautum, in venditione, qvae fit de re minoris, qvando tutoris intervenerit autoritas, & praetoris decretum,

C

subha-

subhaftationem requiri, quem sequitur Baldus &
ibidem & in Auth. hoc jus porrectum c. de SS Tis
Eccles. & Feronus in consuet. Burdigalens. L II.
tit. 13. de Subhaft. p. 329. vers. addunt qvidam, et
versu. Propono mihi. Hinc an non alia ratio-
ne, e. g. pura venditione & verum rei pretium in-
veniri possit, nullus plane dubito, adeoque sub-
haftationem ad illud indagandum non necessa-
rium esse remedium. Deinde aeqvitate inspecta
verior etiam est contraria sententia, quam Barth.
ad l. i. c. de Praefc. XXX. amorum & l. si qviss. c. de
Rescin. Vendit. habet, inqviens: Non valere
conseqventiam, res est per subhaftationem ven-
dita, ergo justo pretio, adeoque subhaftationem
non solam esse justi pretii probationem, cum dol-
lus, qui interdum re ipsa intervenerit, facile de-
struat hanc justi pretii considerationem, cum con-
stanter allegetur enormissimam intervenisse lae-
sionem. Hinc qvae habentur in *l. praetia,*
rerum ff. ad L. Falcid. ubi dicitur, rem valere
tanum, qvanti vendi potest, sic intelligenda sunt
nisi de fraude appareat, & enorvis adsit laesio,
& hoc casu haec non procederet regula *arg.*
L. omnes §. Lucius ff. qvae in fraud. cred. Sic
qvae dicta de subhaftatione & justo pretio, ita
intelligenda, modo non doceatur oppositum,
qvod fit, ubi de dolo reipsa constat. *Ang.*
Are.



Aretinus in §. si quis agens n. 3. verff. qvia potest
dicere. Instit. de Act. qvi plura ibi assert mo-
menta, inter qvae & illud est, qvod postea seqva-
tur, si res vendita per minorem cum subhastatio-
ne & autoritate tutoris atqve decreto judicis,
non possit per in integrum restitutionem retrac-
tari, qvod falsum est secundum L. si qvidem c. de
Praed. min. Mascardus de Frob. Vol. II. concl. 655.
n. 3. sq. Qvam ob causam facili negotio Carpzo-
vii corrunt rationes, qvas assert. c. Resp. 72. n. 9.
10. 11. vid. Bergerus, c. l p. 579. 580. Hinc qvoque
non video, qvomodo a decreto ad hastam, tam
firma fieri queat argumentatio, cum nullibi pro
certa eaqve firma juris regula traditum invenia-
tur: Qvae res sine decreto praetoris vendi ne-
queunt, ea necessario auctione sunt distrahen-
da. Potius, cum in jure nostro semper decreti
sunt facta mentio, & hoc ipsum nobis fere incultum
est, ut ex tit. qvae in ff. & C. hac de re reperiuntur,
patet, in qvibus illae juris solennitates in hujus-
modi alienationibus requisitae recensentur, in il-
lis nempe subhastationis & vocis praeconis tan-
qvam necessarii requisiti factam fuisse mentionem
nullibi qvis inveniet, ut profecto magnae foret
negligentiae, hoc ipsum esse omissum v. Ant.
Matth. c. l. n. 4. & Bergerus, c. l. p. 581. Hinc
si Lucam de Penna evolvere velis, in l. si tem-

pora C. de Fide Instrumentorum & J. Haf. fisc. ita dicentem invenies: Sed an in venditione rerum pupillarum habeat locum subhaftatio, ut necessario cum ea sit agenda non video? cum de hoc lex expresse non statuat, igitur pro omisso debet haberi; qvo facit *l. 22. c. de Administrat. tut.* ubi trium horum reqvistorum fit mentio, non tamen subhaftationis. *Conf. Corneus, con. 29. n. 3.* & *Barth. Conf. 4.* Proinde Qvaratum absqve juris autoritate minime debet adduci, sine qvanihil nobis statuendum. *l. 5. C. de Repud. l. 19. c. de Collat. N. 18. c. 5.* *Hart. Pistoris L. II. Q. 13. n. 36. in fin. Barbosa in Tract. Jur. Axiom. voc. Lex. 136. n. 11.* Qvam ob causam etiam cum de alienatione bonorum Ecclesiasticorum egerit Imperator, subhaftationem non omisit, qvod patet ex Auth. *Hoc jus porrectum. C. de SSTis Eccles.* Unde firmiter concludi potest: Ubi voluit, dixit, ubi non dixit, noluisse censemur.

§. 15.

Nunc vero videntum erit, qvomodo citatis & nobis obstantibus legibus satisfacere qveamus, qvae tamen si penitus inspiciantur, ut mox docebimus, nobis omnes potius suffragantur. Hinc qvod ad *l. 1. §. 3. ff. de Tut. & rat. distr.* attinet, in ea comparatio saltēm instituitur, inter auctionale instru-

instrumentum & inventarium. Qvae compa-
ratio non pertinet ad exigendi necessitatem, sed
saltem facit ad vim probationis & patrimonii in ve-
stigationem *Ant. Matth. c.l.n.4. Bergerus, c.l.* Hinc
ex ea subhastationis necessitas parum doceri pote-
rit; Porro *L 7. §. 8. ff. de Minoribus qvoqve nobis*
non contrariatur sed nostram potius si mat senten-
tiam, qvia in ejus specie non annulatur venditio,
sed rescinditur. Qvae qvidem rescisio actus vali-
ditatem praesupponit, licitationis & subhastationis
defectu non obstante, verum minor ad lucrum
restitutus, rescissionem obtinuit, uti docet *Dom.*
Regens Rovitus super Pragmat. de Tit. s. Inscript.
abusu sub. n 107. Cui assentit *Dom. Regens Merlinus in cent. controv. forens. c. 75. n. 13.* adjiciens
hanc sententiam eo fortius stabiliri hoc textu, si
observetur, in illo solummodo qvaeri, utrum sc.
sicuti ad damnum, ita qvoqve ad lucrum minor re-
stituatur? Et hanc qvaestione decidendam in-
qvit *JCtus*, si accidat, ut res minoris venierit, &
alius plus offerat, an admittendus sit, & tunc re-
spondet: qvoridie Praetorem minorem restituere,
ut admittatur licitatio, & haec verba ad merum
factum, non ad juris ministerium referenda es-
se autumat *Merlinus*, & *Dom. Reg. de Ponte in-*
qvit *d. l. n.136.* ex hac *Lege* subhastationis necesita-
tem minime probari posse; Non enim sequitur:

perfecta fuit venditio, post aliis licitator venit, & majus offert pretium, ergo auctione res haec est distracta, ac si non alia venditione fieri potuisset, & si concedamus, auctione distractam rem fuisse, non exinde sequitur, sine auctione rem distracti non posse, non enim ex facto jus sumitur, sed ex jure de facto judicatur. *Ant. Matthaeus de Auct. c. l. n. 4. Bergerus, c. l. p. 580.* Hinc nunquam vitiabitur venditio a minore sine subhastatione facta, semper enim ei dabitur restitutio in integrum, si aliis postmodum licitator majus pretium offens, veniat, quam illud, quo res vendita fuerat, uti demonstrat *Gvil. de Cunis in Comment. ad b. l. §. quae situm. Calus in l. 3. c. Si ad verus fiscum hic est, quaeritur: An minor restituatur in integrum adversus praescriptionem quinquevii datam emtori, qui rem minotis emit a fisco? postea deciditur: Aut fiscus rem talem, tanquam suam vendidit, & ea non valet, aut ex causa debiti, & servatis subhastationibus solennibus bonaque fide, & tunc valet *l. s. c. de Fide jure hast. fisc.* Hinc quoque ea nobis non obstat, quia fiscus rem sui debitoris vendens non minus subhastationum solennitatem servare tenetur, quam si fiscalem rem venundederit, ut expresse extat in *l. 1. & 2. c. de fide & f. Hastae fisc. L. X. & ibi glossa, verbo hastarum, eleganterque Gotofredus**

dus L. A. Qvare recte ibi edicitur, minorem ad-
versus illam venditionem, sine hac solennitate
gestam restituendum esse, qvia in venditione a fi-
sco facta lex hanc servari statuit, & cum iste sit
casus singularis, ad alium trahendus minime erit
vid. *Paulum Lib. sing. de J. Sing.* Praeterea cum
rescissio in integrum restitutionis auxilio detur,
contractus validitas praesupponitur, alioquin non
foret quid rescinderetur, per text. in l. 4. C. in
qvibus causis restitutio in integrum non est ne-
cessaria: Qvamobrem etiam subhastationis omis-
sio venditionem nullitati obnoxiam minime red-
dit, in eo, qvi in integrum restitutionis beneficio
uti necesse habet. Praeterea notandum, in dicta
hac lege minori concedi beneficium restitutionis
in integrum, non ex eo, qvod subhastatio fuerit
omissa, sed qvod collusio & laesio sit facta, qvod
clare patet ex ipsis legis verbis: Qvoniam per
collusionem & fraudem tunc temporis procura-
toris nostri. Qvamobrem si neque dolus neque
fraus, neque collusio adsit, imo distractio palam
b. f. fiat, it. ex causa licita, subhastationis defe-
ctum nullitatem minime arguere posse, certissime
firmare audebimus. *Vid. pluribus Gvil. de Cuneo*
in l. si praetor ff. de Min. Dom. Regens de Ponte,
cit. cons. n. 136. Gratianus Discept. forens. Tom.
III. c. 479. n. 9. Uno verbo, in lege hac non
modus

modus proponitur, qvomodo venditio fieri debat, sed saltem effertur, qva ratione emtortutus esse possit.

§. 16.

Pari modo, qvod ad res fiscales & bona ecclastica, attinet, erit dicendum, ut supra jam fuit costimonefactum, Imperatorem, cum de earum venditione & alienatione ageret modumque, qvomodo res ejusmodi alienari debeant praescriberet, interq; alia reqvisita subhastationis faceret mentionem, eam, si hoc nostro in casu necessariam fuisse existimarit, silentio non praeteriisse. Qware nostrum non est, in hac materia, accurate nobis praecripta, statuere, qvid nobis videatur casumque singularem ad alios trahere. Unde nec ea denique, qvae urget *Carpz.* c. l. nos movere debent, qvo a nostra dicendamus sententia, ubi inquit, plerumque aes alienum causam praebere, ut bona pupillaria distrahantur. Ex qvo non statim seqvitur, qvod haec sola causa sit idonea, cum pares adhuc dentur, qvae idem urgeant, ut dos, donatio propter iauptias & studiorum impensae, qvod videri potest ex l. 22. c. de *Administr. tut.* Circa l. 12. c. de *Praed. min.* allatam hic a *Carpzovio*, haec obiter adhuc erunt notanda: In hac lege etiam venditionis praedii

de-
utus

ec-
jam
de
lum-
eant
ionis
casu
prae-
nate-
l no-
tra-
rpz.
ilce-
aes
a di-
qvod
den-
pter
otest
raed.
dhuc
ionis
raedij

praedii minoris fieri mentionem, subhastationem
tamen etiam hic non reperiri, ibi: ob aes alienum
tamen tantum causa cognita praedium rusticum
minoris provinciale distrahi permittitur.

§. 17.

Et haec erunt, qvae pro nostra eaqve negante sententia adducere placuit, qvam inter alios *J.*
Dd. secutus est Magnilius de Subhaft. c. 27. n. 3.
qui etiam *Rotam Dec. 446. n. 2.* nobis consentientem affert, ubi dictum reperitur: omissionem subhastationis non vitiare alienationem bonâ fide factam, qvasi sit levis & non substancialis. Et *Gvil. de Cuneo ad l. 7. §. quæstum de Min.* inquit hanc subhastationem in jure cautam non reperiri, verba ejus haec sunt: *Uubicunque alienatio a tute vel curatore fit, cum autoritate judicis subhastationem vel licitationem intervenire non oportet; & post alio loco: si fortasse non intervenerit, ob id venditio non vitiabitur, sed si aliis fortasse plus offerat, in integrum restitutionem peti posse, qvam opinionem seqvitur Immola conf. 99. n. 7. & Barth. Cusanus conf. 55. n. 47.* inqviens: *Licet de Jure alienationes rerum immobilium pupillorum, minorumqve accedente subhastatione valeant, tam-*

D

men-

men si haec omittatur, istas non vitiat. Vid. *Lucas de Penna* in *Comment. ad Cod. p. m. 30. n. 20.* Deinde ad hanc sententiam accesit Argentraeus, Vir magnae auctoritatis *ad Brit. Art. 481. gl. 3. n. 7. Postius de subhaft. Insp. 10. n. 34.* qui scribit: Consuetudine generali totius orbis subhaftationes non adhibentur, sed passim sustinentur alienationes hujusmodi bonorum simplices, omissis plane subhaftationibus. *Ad Dom. de Afflictis, Simoncella c. l. n. 67. Et Habnus ad Vesenbecum b. t. n. 4. Dom. Bergerus c. l. pag. 582. 583.* Imo si Dd. affirmant sententiae penitus paulo inspiciantur, inveniemus ipsos inter se non constare, nedum ut de rationibus inter se convenire possint, quod ex *Carpzovio* ipso videri poterit, cum inquit *c. l. n. 18.* Subhaftationem adeo necessariam esse, ita, ut omissa ea, bonorum minoris alienatio non subsistat, tanquam non facta pro vero rerum pretio; postmodum vero haec verba invenies: Subhaftationem non quidem necessarium esse requisitum ipsius alienationis.

§. 18.

Sunt deinde, qui inter jus Civile & Canonicum

nicum facientes distinctionem, Jure quidem Ci-
vili illam affirmantem sententiam valere, at J. Ca-
nonico eam necessitatem subhastandi abrogatam
esse contendentes, inter qvos est Magnilius, qui
omnes contrariae sententiae adhaerentes refutat,
eosque omnes de J. Civili loqui dixit, quod ta-
men per consuetudinem longe jam sit abroga-
tum, cit. loc. uti quoque intelligendus est Baldus
in Auth. Hoc jus porrectum C. de SST. Eccles.
Menochius in Tract. de Emt. Vend. in Tit. de Sub-
hastat. materia Qvos seqvitnr Rolandus a Valle
Conf. 99. n 18. L. i. Gotofredus in dict. Auth. qui
allegat Rebuffum de rebus eccles. non alien. n. 6.
Vid. Philippi de Subhast. C. 2. Comm. 2. n. 108.
Qui etiam eam non valere inquit J. Canon. cum
eo jure saltem sufficiat venditio facta bona fide,
ubi tamen simul contrariam consuetudinem fori
Saxonici affert,

§. 19.

Sed nos omissis hisce, quae hic prolatas sunt,
licet subhastationem non necessarium faciamus
reqvistum alienationis bonorum pupilli vel mi-
noris, abnuere tamen non possumus, tutius per-

D 2

eius-

Lu.
20.
eus,
181.
34.
or-
pas-
m.
Ad.
nius
ag.
pe-
er.
er.
vi-
io-
oo-
am
no-
em
ius

ni
o-
n-
m



ejusmodi auctionem res minorum vendi posse,
qvae cum publice fiat, ita non tam facile pupilli
vel minores circumveniri possunt. *Conf. Corneus*
Conf. 29. n. 3. L. IV. *Job. de Ponte conf. I. n. 134.*
seqq. Et haec cautela maxime notanda & per-
qvam utilis erit tutoribus & curatoribus, ne, cum
rite facta sit subhastatio, iidem postmodum for-
tean de admissa culpa & negligentia facile conve-
niri queant vid. *Dn. Bergerus c. l. p. 583. & 584.*
It. in Comment. Jur. Transylv. n. 23. seqq. Pluri-
bus hac de re videri potest Posthius c. l. Ut & ha-
etenus in Collegiis hujus Academiae pronunciatur
fuisse mihi relatum fuit, & in Ducatu Magdeb.
qvando ultra 1000. Imperiales praedium valet,
pro forma ista subhastatio desideratur per *Ord.*
Polit. Magdeb. de Anno 1668. c. 43. §. 28. Qvam-
vis accidere possit, interdum nec utile esse pupil-
exspectare licitationem *Corn. Conf. 29. n. 3. L. 10.*
qvem refert ac sequitur *Card. Mantica de Tacit.*
& ambig. convent. Lib 10. Tit. 6. n 31. vers. sed,
Ad Posthius c. l.

§. 20.

Anteqvam vero opere huic finem impona-
mus

mus, qvaerendum primo erit: Utrum etiam sub-
haftatio ad res mobiles pertineat, & annon haec
ordinario modo vendi queant? Sed nec de
eo adhuc doctores inter se conveniunt, cum quidam
dicant in his vendendis publica auctione o-
pus non esse, qvoniam in foro venales esse sole-
ant, & ubique iustum inveniant pretium, ut sunt
frumentum, lardum, vinum, oleum, ex mercati-
bus in civitatibus per singulas septimanas institu-
tis, ubi pretium earundem est certum, ut de col-
lusione non sit timendum arg. L. 2. C. de Resc. Vend.
Costalius ad l. 7. §. Hodie, de Minoribus. Dambauerus de Subhaft. c. 2. n. 7. Hinc, etiam si au-
ction fieret, foret forte frustranea, cum nullae col-
lusiones nequeant intervenire arg. l. 2. C. de
Resc. vendit & ibidem Baldus, Dambauerus
c. 1. Colerus de Process. Execut. P. III. c. 9. n. 50. 51.
sqq. Job. Bapt. Afinius de Execut. §. 6. c. 22. Ad.
Simoncella cit. loc. Verum si haec istis Dd. con-
cedere volo, à decreto nempe praetoris ad au-
ctionem firmum duci posse argumentum, non aliter
dicere potero, quam quod in his etiam ven-
dendis hafta opus sit, qvoniam & illae nec sine
decreto ut praedia vendi possunt, ut docet l. 22.
C. de Administrat. tut. & curat. l. ult. C. qvan-

D. 3

do

do decreto non est opus. Atque his rationibus etiam eorum repudiari potest sententia, qui saltem in immobilibus decretum & subhastationem desiderant. *Ant. Matthaei c. l. Dn. Bergerus c. l.* Qvamvis sub hisce rebus mobilibus non nisi haeres mobiles intelliguntur, in qvibus consistit aliqua affectio, ut res pretiosae, gemmae, vasa aurea & argentea, qvae sine hac subhastatione istis duotoribus alienari prohibentur. *Dambauerus c. l. n. 8. Colerus d. c. 9. p. III. n. 53. Berlich. P. I. Concl. 81. n. 51. seqq. Ad. Simoncella d. l. n. Baldus in l. i. n. 5. C. si propter publ. pensitat. Carpz. P. 2. c. 14. d. p. Et ult.*

§. 21.

Qvaeritur deinde, utrum subhastatio sicut in allodialibus, ita etiam in feudalibus sit necessaria? Qvod qvoad utrumqve Dd. plerumqve affirmant, acs inter eo *Philippi de subbast. C. 2. com. 2. n. 37. seqq.* ubi simul praejudicia *Scabinorum Lips. affert.* Sunt tamen qvi dicunt executionem per distractionem non esse permittendam in ipsam substantiam bonorum feudalium, hac moti ratione, qvia Vasallus debitor tantum utile habeat dominium, tamen immisionem fieri posse in

ibus
sal-
hem
c. l.
hae
ali-
urea
du-
us c.
P. I.
us in
c. 14.

cut
cessa-
e af-
com.
rum
utio-
lam-
hac
utile
pos-
se in


se in commoditates fructuum, Koppen Decis. 39.
per tot. Berlich. l. i. Concl. 82. n. 1. Brunnemann, in
Proc. Civ. c. ult. n. 38. Aliud vero esse si debi-
tum fortean contractum sit in utilitatem feudi,
& hoc factum sit consensu domini directi &
agnatorum Koppen d. l. n. 17. Hart. Pistoris Lib. I.
quaest. 15. n. 40. Berlich. d. conclus. 82. n. 18. &
segg. Qvae in re nostrae sententiae argumen-
ta ex prioribus & antecedentibus cognosci et.
huc facile accommodari poterunt. Et haec e-
runt, qvae in praesentiarum de hac materia con-
scribere libuit, utrum operae pretium fecerim nec
ne, Tu Lector benevole optime poteris ju-
dicare, interim conatibus scribentis
fave.

S. D. G.

Corollarium

LIcet haec, qva de egimus neces-
sitas subhastationis ex volunta-
te

te legislatoris unice dependeat, ean-
demque hic expresso vel tacito con-
sensu facile tollat l. 2. C. *Qvando de-*
creto opus non est, L. ult. C. Si maj.
fact; Longe tamen aliter compara-
tum est cum Jure divino aeqve positi-
vo & voluntario circa nuptias fratrū
& sororum nec non capitalem ho-
micii poenam occupato, cum ex-
tra Deum nemo Principum ista con-
jugia licita efficere, aut caedis suppli-
cium remittere, aut praescriptionem
solo lapsu temporis spectatam atten-
dere queat, utcunque idem aliās
quaesitum ex praescriptione jus
aliqvando iterum auferre
valeat.



ULB Halle
006 779 824

3



1018





Q. D. B. V.
DISPUTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM,
Utrum
IN ALIENATIONE
BONORUM PUPILLI VEL
MINORIS NECESSARIA SIT

1704


13^a

135

22

x-rite

colorchecker CLASSIC



D

P

D

J.L

JO

VII

ISTO,

Herede,

Sage

EVO,

cial. Scabi-
ffore,

andi,

, Dresd.

I, Acad. Typ.

2